& apparentia, quæ naturâ ſunt voluptas & dolor, verſatur. Quoniam igitur ipſa virtus moralis ipſa mediocritas eſt, omniſque circa voluptates, & dolores verſatur, vitium autem circa exceſſum, & defectum, & ea prorſus, in quibus etiam virtus conſiſtit: neceſſum eſt, virtutem moralem, electiuam eſſe mediocritatis, quo ad nos, in iucundis & triſtibus, iuxta quę qualis quiſque moribus dicitur, dolens, gaudénſve. Dulce nanque ſiue amarum diligens, non qualis quidem moribus dicitur.

CAPVT XI.

QVibus ita determinatis, diſpiciatur, vtrùm virtus electionem reddat non peccabilem finémque rectum, nempe vt cuius gratia debeat, tantùm eligat: an, vt nonnullis videtur, rationem abſoluat, id quod temperantiam dicimus, quippe quæ rationem non euertit. Sed enim virtus, & temperantia diſcernuntur ab inuicem, de quibus pòſt erit dicendi locus. Quibus enim cunque rationem rectam pręſtare virtus videtur, id cauſa exiſtit, cuiuſmodi etiam temperantia. Cæterùm eam laudabilium eſſe præmiſſis dubitationibus oſtendetur. Porrò ſcopum quidem licet eſſe rectum, verùm in iis, quæ ad ſcopum aberrare. Rurſum ſcopo etiam falſo propoſito, in iis, quæ ad ipſum tendunt, rectè habere: interdum verò vtraque fallunt. Vtrùm igitur virtus ſcopum, an ea, quæ ad ſcopũ, regit? Aſſeueramus autem, ſcopum à virtute conſtitui: quocirca nec collectione, nec ratione aliqua hæc demonſtrabuntur, ſed vt principium hoc poſitũ nobis eſto. Neq. enim medicus conſiderat, an eſſe ſanum, ſed vtrùm deambulare, an non deambulare oporteat. Neque gymnaſtes, an bene habere, ſed vtrùm luctari, vel non luctari expediat. Similiter neque alia vlla circa finé occupatur. Quemadmodum enim in contemplatiuis, hypotheſes principiorum locũ obtinent, ſic & effectiuis finis, & principium eſt & hypotheſis. Quoniam ſi hoc ſanũ eſſe conuenit, neceſſum eſt hoc eſſe, ſiquidem illud expectes, quemadmodum iſthic, ſi triangulo duo recti, neceſſum eſt hoc conſequi. Cogitationis igitur principium finis eſt: actionis verò, cogitantis terminus. Si igitur omnis rectitudinis, aut ratio cauſa eſt, aut virtus: ſi ratio non fuerit, per virtutem finis, nõ quæ ſunt ad finem, conſtituetur. Finis autem eſt id, cuius gratia: omnis enim delectio alicuius eſt de aliquo. Cuius igitur gratia medium eſt, eius cauſa virtus, quæ id cuius gratia eligit. Verùm quæ deceant, conſecutio alterius eſt facultatis, quæ id cuius gratia eligit.

A καὶ τὰ φαινόμενα. τοιαῦτα δὲ φύσει ἡδονὴ καὶ λύπη. ἀνάγκη τοίνυν ἐπειδὴ ἀρετὴ μὲν ἡ ἠθική, αὐτή τε μεσότης ἐστὶ, καὶ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας πᾶσα· ἡ δὲ κακία ἐν ὑπερβολῇ καὶ ἐλλείψει, καὶ περὶ ταὐτὰ τῇ ἀρετῇ, τὴν ἀρετὴν εἶναι τὴν ἠθικὴν ἕξιν προαιρετικὴν μεσότητος τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐν ἡδέσι καὶ λυπηροῖς, καθ᾽ ὅσα ποιός τις λέγεται τὸ ἦθος, ἢ χαίρων, ἢ λυπούμενος. ὁ γὰρ φιλόγλυκος ἢ φιλόπικρος, οὐ λέγεται
B ποιός τις τὸ ἦθος.

Κεφάλαιον ια.

ΤΟύτων δὲ διωρισμένων, λέγωμεν πότερον ἡ ἀρετὴ ἀναμάρτητον ποιεῖ τὴν προαίρεσιν καὶ τὸ τέλος ὀρθὸν, οὕτως ὥστε οὗ ἕνεκα δεῖ προαιρεῖσθαι, ἢ ὥσπερ δοκεῖ τισὶ, τὸν λόγον· ἔστι δὲ τοῦτο ἐγκράτεια. αὕτη γὰρ οὐ διαφθείρει τὸν λόγον. ἔστι δ᾽ ἀρετὴ καὶ ἐγκράτεια
C ἕτερον. λεκτέον δ᾽ ὕστερον περὶ αὐτῆς ἐπεὶ ὅσοις γε δοκεῖ τὸν λόγον ὀρθὸν παρέχειν ἡ ἀρετὴ, τοῦτο αἴτιον. ἡ μὲν ἐγκράτεια τοιοῦτον. τῶν ἐπαινετῶν δ᾽ ἡ ἐγκράτεια. λέγομεν δὲ προαπορήσαντες. ἔστι γὰρ τὸν μὲν σκοπὸν ὀρθὸν εἶναι, ἐν δὲ τοῖς πρὸς τὸν σκοπὸν διαμαρτάνειν. ἔστι δὲ τὸν μὲν σκοπὸν ἡμαρτῆσθαι, τὰ δὲ πρὸς ἐκεῖνον περαίνοντα ὀρθῶς ἔχειν, καὶ μηδέτερον. πότερον δ᾽ ἡ ἀρετὴ ποιεῖ τὸν σκοπὸν, ἢ τὰ πρὸς τὸν
D σκοπόν; τιθέμεθα δὴ ὅτι τὸν σκοπόν. διότι τούτου οὐκ ἔστι συλλογισμὸς, οὐδὲ λόγος. ἀλλὰ δὴ ὥσπερ ἀρχὴ τοῦτο ὑποκείσθω. οὔτε γὰρ ἰατρὸς σκοπεῖ, εἰ δεῖ ὑγιαίνειν ἢ μὴ, ἀλλ᾽ εἰ περιπατεῖν, ἢ μή. οὔτε ὁ γυμναστικὸς, εἰ δεῖ εὖ ἔχειν ἢ μὴ, ἀλλ᾽ εἰ παλαῖσαι, ἢ μή. ὁμοίως δ᾽ οὐδ᾽ ἄλλη οὐδεμία περὶ τοῦ τέλους. ὥσπερ γὰρ ταῖς θεωρητικαῖς αἱ ὑποθέσεις ἀρχαὶ, οὕτω καὶ
E ταῖς ποιητικαῖς τὸ τέλος ἀρχὴ καὶ ὑπόθεσις. ἐπεὶ δὲ δεῖ τόδε ὑγιαίνειν, ἀνάγκη τοδὶ ὑπάρξαι εἰ ἔσται ἐκεῖνο, ὥσπερ ἐκεῖ εἰ ἔστι τὸ τρίγωνον δύο ὀρθαὶ, ἀνάγκη τοδὶ εἶναι. τῆς μὲν οὖν νοήσεως ἀρχὴ τὸ τέλος, τῆς δὲ πράξεως ἡ τῆς νοήσεως τελευτή. εἰ οὖν πάσης ὀρθότητος ἢ ὁ λόγος, ἢ ἡ ἀρετὴ αἰτία, εἰ μὴ ὁ λόγος, διὰ τὴν ἀρετὴν ὀρθὸν ἂν εἴη τὸ τέλος, ἀλλ᾽
F οὐ τὰ πρὸς τὸ τέλος. τέλος δέ ἐστι τὸ οὗ ἕνεκα. ἔστι γὰρ πᾶσα προαίρεσις τινὸς, καὶ ἕνεκά τινος. οὗ μὲν οὖν ἕνεκα τὸ μέσον ἐστὶν, οὗ αἰτία ἡ ἀρετὴ τῷ προαιρεῖσθαι οὗ ἕνεκα. τὸ μὲν οὖν τυγχάνειν τούτων, ἄλλης δυνάμεως, ὅσα δεῖ.

Non